AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 89
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

serunt non multis diebus dictum deinde ascendisse hierosolimam
pter pascha. Post haec uenisse in iudeam terram. et discipulos
eius et illic demorabatur cum eis et baptizantem. Ibi sequitur sat;
Erat autem et iohannis baptizans in aenon iuxta salim quia
aquae multae erant illic et adueniebant et baptizabantur.
Nondum enim missus erat in carcerem Iohannis matheus autem
dicat. Cum autem audisset qd iohannis traditus. e. et. secessit
in galileam. similiter et marcus postea autem quam tradtus. e.
inquit iohannis. Uenit ihs in galileam lucas etiam nihil qui
dem dicit de tradito iohanne sed tamen et ipse post baptismum
et temptationem xpi dictum isse in galileam sicut illi duo.
Nam ita contexit narrationes sua et consummata omnem temp
tationem diabolus recessit a illo usq: ad tempus et regressus
e. ihs in uirtute spi in galileam et fama exiit p uniuersam regi
onem de illo. Unde intellegitur hos tres euangelistas non iohanni
euangelistae contraria narrasse sed praeter misisse primum
dni aduentum in galilea postea quam baptizatus. e. quando
illis aquam contulit in uinum. Tunc enim nondum erat
tradtus iohannis eum uero aduentum eius in galileam
contexuisse narrationib; suis qui post iohannem tradtu.
factum. e. de quo eius reditu in galileam etiam ipse iohannis
euangelista sic loquitur uergo cognouit ihs quia audierunt
pharisaei quia ihs plures discipulos facit et baptizat
quam iohannes quamquam ihs non baptizaret sed discipuli
eius. reliquit iudeam et abiit iterum in galileam.
Tunc ergo intellegimus iam fuisse tradtum iohannem
iudeos uero audisse quod plures discipulos faceret et
baptizaret quam fecerat et baptizauerat Iohannis. XVIIII.
Iam nunc de illo sermone plixo quem cum matheum in monte
habuit dns. Uideamus iterum et ceteri euangelistae.
Nihil aduersari uideatur marcus quippe non eum cum
memorauit omnino ne aliquid eius simile dixit.